



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Lapidi Altaris in Monte S. Petri, sequentia verba incisa leguntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**



Ex originali  
desumptus  
est impressus  
est sigillum  
Episcopi Al-  
berti in ce.  
ra. C. Co.

Actum *Frisingae* an, incarnationis Dñi M. C. LXIII. anno autem Domini  
FridERICI ROM: Imp. feliciter amen.

NOS *Rudolfus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bavariae*, notū facimus  
præsentium inspectores vniuersis, quod cum *Ludouicus* de *Haslangen* ser-  
uitor noster bona sua & homines, videlicet vnam hubam in *Fagen*, vnam hubam  
in *Wellensheim* super monte dicto *Vrsenberch*, duas domos decimales in *Tegern-  
dorf*, & *Heinicum*, & fratrem suum de *Misterkirchen*, quæ à nobis tenuit in feudū  
ad manus nostras liberè resignarit, nos in remedium animæ nostræ ac progeni-  
torum nostrorum, & supplicem instantiā prædicti *Haslangeri* proprietatem præ-  
dictorum bonorum & hominū Dño venerabili Præposito & Ecclesiæ montis  
*S. Petri* dedimus & damus, donauimus & donamus, tradidimus ac tradimus ac  
dominium pleno iure transtulimus ac transferimus pro nobis ac illustri *Lodouico*  
fratre nostro carissimo in eisdem. Renunciantes præsentibus omni iure, siue ac-  
tioni, pro nobis & dicto fratre nostro, quæ nobis competere t, vel possent com-  
petere in bonis & hominibus supra dictis. In cuius rei testimonium præsentibus  
damus, sigilli nostri robore communitas, Datum *Monaci*, an, Dñi M. CC, LXX-  
XXV. XI. Kln. Febr.

Lapidi Altaris in Monte *S. Petri*, sequentia verba  
incisa leguntur,

HOC Altare fecit Comes *Siboto* peccator. Dedicatum est autem Anno ab in-  
carnatione Domini M. C. XXXIX. in honore Domini nostri Iesu Christi,  
& S<sup>æ</sup>. Dei genitricis *Mariae*, à Venerabili *Ottone Frisingen*. Ecclesiæ Episcopo, pri-  
mo Episcopatus eius anno. Hæc autem continentur in eo reliquia: *Petri* Aposto-  
li, *Pangracij* M. *Cypriani* M. *Laurentij* M. *Georgij* M. *Leonardi* Confessoris, *Egidij* Con-  
fess. *Margarethe* Virg. & Martyr. *Felicitatis* M.

Catalogum Præpositorum, huius Monasterij seu Ecclesiæ Præla-  
torum integrum perfectumque exhibere minime licuit; quamuis voluntati  
industria quoq; & laboris assiduitas manus porrexerit fideles. Quo-  
rum vero memoria erui potuit, perpetua vr ea sit, eorum  
nomina subsequuntur,

PRÆPOSITI.

- I. CHVNRADVS an. 1273.
- II. HAINRICVS an. 1295. 1297.
- III. PERCHTHOLDVS an. 1314.
- IV. MAVRITIVS.
- V. SIMON.
- VI. VLRICVSD. Erefinger. an 1305.
- VII. SCHMIDHAUSER.
- VIII. GEORGIVS Eisenreich L. Decanus ad S. Petrum Monachij
- IX. BALTHASAR Hundertpfund D. an. 1493.
- X. IACOBVS Rapperzeller de Rapperzell, an. 1523. an. 30. 25. an. 22.
- XI. GVILIELMVS Greuter Canon. Cathedral. Frising. an. 1432. 1453.

XII. AR-